Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Illud ut ecclesiarum diuisitate una concordia fiat. Propterea facite unusquisque proximum suum dicit omnibus adferte quod forte letus dicit vere iacob ac cedant et nuntient nobis quecunque uentura sunt priora que fuerunt nuntiate et ponemus cor nostrum et sciemus nouissima eorum. hec que uentura sunt indicate nobis. Annuntiate que uentura sunt in futurum et sciemus quia dii estis nos. Bene quoque aut male si potestis facere et loquamur et uideamus simul. Ecce nos estis prorsus nichilum et opus uestrum ex eo quod non est. Abhominatio est qui elegit uos. Iungitur namque sermo propheticus contra ydola et auersum eos qui ea colunt. Et mutatur quam apte mendatio decipi possint. Aut ergo. cum superiore ueritatem discernere possumus ut nostrum utilitatem proponimus nobis testibus probabimus non esse deos quos colitis. Non amplius causa differatur. prope facite iudicium uestrum et afferte quod forte argumentationis et defensionis letus quibus deos uos defendere valeatis. Accedant et nuntient nobis quecunque uentura sunt. Et melius est ut ipsos ipse alloquar. Dicite uos simulachra gentium argentum et aurum et opus manuum nostrarum priora que fuerunt. Si enim dii estis semper fuistis et omnia preterea cognouissemus. nisi forte oblati estis. Nuntiate quesso et ponemus cor nostrum ad intelligendum et nobis referentibus scimus nouissima eorum. hec que futura sunt indicate nobis. Annuntiate que uentura sunt in futurum et postea sciemus quia dii estis nos. Diuitis quia hec facere non valetis. Saltem aut bene aliquod aut male facite nobis ne pulice et culice et formica timoratiores uideamini. Et loquamur et uideamus nos ad inuicem si potestis. Verum est enim quod de uobis dicitur. Os habent et non loquetur oculos habent et non uidebunt. Ecce constat et profectum est quia nos estis prorsus nichilum et opus uestrum et eo quod non est. uerum et malo quod subsistendi naturam non habet quia in rerum creatione non inueniatur. Auersus igitur et nusquam abhominatio est omnium hominum qui elegit uos.

Suscitauit ab aquilone et uenit ab ortu solis uocabit nomen meum et adducet magnates quasi lutum et uelut figulus calcans humum. Quis annuntiauit ab exordio ut sciamus et a principio ut dicamus iustus es. Et non est nec annuntians nec audiens nec audiens simones uestros. Primus ad syon dicet. ecce assunt et euangelistam tribuo. Et uidet et non erat nec erat ex his qui interrogabant et consilium interrogatus responderet uerbum. Et cessauerunt